

Ann. IV.

Num. XVI.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA



## Subnotatio fieri potest:

### IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

VARSAVIAE POLONORUM  
Krakowskie Przedmiescie, 15

### IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

LONDON W.  
28, Orchard Street.

### IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis, Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

NEW YORK  
52, Barclay Street.

CINCINNATI  
436, Main Street.

### IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis Apost. et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

### IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL  
1699, Rue Notre-Dame.

## RERUM INDEX

LEONI XIII PONTIFICI MAXIMO . . . . .	R. Reyes.
CONSOCIATIONUM VIRES QUOMODO EXERENDAE . . . . .	I. Toniolo.
DE CASSIO SEVERO . . . . .	I. Marra.
ATHENAEA ET AUDITORES IN AMERICA . . . . .	Senior.
FR. ANGELICI FAESULANI TABULA DEIPARAM IN CAELUM ERECTAM RE- FERENS . . . . .	X.
RECENS AERIAE NAVIGATIONIS PROGRESSUS . . . . .	M. Lani.
VITA FUNCTI VIRI CLARIORES . . . . .	I. F.
THEATRUM MARCELLI . . . . .	Romanus.
DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM . . . . .	M. Armellini.
ALESII CLASII «LUSUS PASTORALE» . . . . .	I. Battanius.
EX ISTRIA . . . . .	L. P. Microvir.
FRUSTULA . . . . .	Forfex.
ANNALES . . . . .	Poplicola.
PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS . . . . .	Scriba.
LIBRORUM RECENSIO . . . . .	P. Angelini.
AENIGMATA . . . . .	A. E. De Druffel.

*In tertia operculi pagina:*

SOCIIS MONITUM . . . . .	Vox Urbis.
PER ORBEM . . . . .	Rufus.
VARIA: Quaenam innocentibus culpa, consensu gentium confirmata? - Ioci . . . . .	P. d. V.

## ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MCMI

## COMMENTARI "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

### VIII num. ann. IV.

De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.  
De « Legenda Trium Sociorum » - F. RAMORINO.  
Crucis historia - Ex ineditis M. ARCELLINI.  
De Sibyllis - G. P.  
Insanientis sapientiae placita - A. CERASOLI.  
Lollius sive de provecta latinitate - P. ANGELINI.  
Ex Batavia - De certamine poetico Hoeufftiano - G. B. SPRUYT.  
Commnia vitae - De Paschalibus dapibus - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
Ex Americis - De rebus civilibus varia - H. DOSWALD.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Nicolai Machiavelli sententiae de regni administris - C. DEHÒ.  
Librorum recensio - P. A.  
Aenigmata - H. GUEPIN.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Dicinatio per chartas lusorias - A quo Americae nomen? - Quid de humano genere xxi<sup>o</sup> saeculo? - Tribus diebus Atlanticus praetermissus - Ioci* - P. d. V.

### IX num. ann. IV.

Poetici certaminis victor argenteo numismate decoratus - VOX URBIS - FR. X. REUSS.  
Kalendis Maiis mcmi - I. TONILO.  
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
De Sinensis Milesis fabulis - A. COSTAGGINI.  
« Typographia » ac « telegraphus » apud antiquos - R. PANCARO.  
De Tertulliano rhetore - I. MARRA.  
Crucis historia - Ex ineditis M. ARCELLINI.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Lollius sive de provecta latinitate - P. ANGELINI.  
Quorundam animalium viae, pugnae, instinctus - M. LANI.  
Commnia vitae - Peregrinatio per cubiculum - H. D. V. PIERALICE.  
Lollius sive de provecta latinitate - P. ANGELINI.  
In Iosephum Verdium - A. CERASOLI.  
Latinæ adnotatiunculae: *Factio, Seditio, Rebello, Tamultus* - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. M.  
Aenigmata - I. BATTANIUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Paschalis currus et Columba Paschatis, Florentiae - Cornix et bellum - Infernane dicenda urbs erit?... - Ioci* - P. d. V.

### X num. ann. IV.

E Sinis novissima dubia - P. ROSSANI.  
De latina lingua in popularibus athenaeis - H. D. V. PIERALICE.  
Iaponiorum fabulae commenticiae - A. COSTAGGINI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
In saeculum xx a reparata per Christum hominem salote - FR. X. REUSS.  
De planeta Marte - ALPHA.  
De Sibyllis a Raphaele Sancto pictis - LAELIUS.  
Nuperae effossiones in Graecia et Mycenaea aetas - G. P.  
Ludi veteres et recentiores - De « digitorum micatione » - SENIOR.  
Napoleonis ingluvies - I. ANTONELLI.

### Lollius sive de provecta latinitate - P. ANGELINI.

Horae subsecivae - In Iosephi Verdi obitu - A. PIZZUTO - Graphis ex vero adumbrata - I. FEDELE.  
De tabaco nonnulla - P. ALEXIS.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - P. A. - H. P.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Insanienti restituta mens per singularem interpretationem - Ioci* - P. d. V.  
Epistolarum commercium - A SECRETIS.

### XI num. ann. IV.

De arbitris lege adeundis - P. ROSSANI.  
De graecis litteris tuendis in scholis secundi ordinis - N. CAPO.  
Musica et excellentes ingenio viri - SENIOR.  
De Hieronymo Venantio deque eius libro qui « Callophilia », seu « de puleri amore » inscribitur - MARCUS BELLII.  
Divini Spiritus repraesentatio apud Urbevetanam civitatem - ALOISIUS FUMI.  
De urbano templo S. Caeciliae deque recentibus in ipso effossionibus - ROMANUS.  
Quorundam animalium viae, pugnae, instinctus - M. LANI.  
Commnia vitae - Peregrinatio per cubiculum - H. D. V. PIERALICE.  
Lollius sive de provecta latinitate - P. ANGELINI.  
In Iosephum Verdium - A. CERASOLI.  
Latinæ adnotatiunculae: *Factio, Seditio, Rebello, Tamultus* - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. M.  
Aenigmata - I. BATTANIUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Funera canis - Nova in latrones ex apibus arma - Photographia ex electride - Biblioteca Babilonensis - Utilitas ex fumo - Ioci* - P. d. V.

### XII num. ann. IV.

Victis atque victoribus quae sit in coloniis fortuna - P. ROSSANI.  
De humaniorum litterarum progressu post recentissima physieorum incrementa - Ex scriptis MAURI RICCI.  
De disciplinis pueris traditis apud Romanos - G. P.  
Par viatorum - De vita humana meditatio - FR. X. REUSS.  
Ex Americis - De urbe Pittsburgensi - H. DOSWALD.  
Sapientum inventa - Sol in servitutem redactus - Vita in metallis. - M. LANI.  
De Clasio poeta - c. u.  
Adamantum fulgidissimae gemmae - A. COSTAGGINI.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - X.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Interdum quanti sit induere vestes alienas - Ioci* - P. d. V.

### XIII num. ann. IV.

De Russorum imperio - D. LASCARIS.  
Civile liberalium artium officium - I. ANTONELLI.  
De sancto Paulino poeta - I. LEMETTE.  
De urbe Propertii natali - FORFEX.  
Custos Massiliensium Maria (*Notre-Dame de la Garde*) - FR. X. REUSS.  
Ex Caledonia - De studiorum Universitate Glasguensi - SCOTUS.  
Beati Angelici Faesulanii tabula Petrum apostolum referens Christianos admonentem - LAELIUS.  
Populare Helvetiorum theatrum - A. COSTAGGINI.  
De nuperis effossionibus cretensibus - G. P.  
Aloisii Clasii « Lusus pastorales » - Latine vertit I. BATTANIUS.  
De americanarum rerum ostentu ad urbem Uropolim - I. De urbe Uropolitana Buffalo - H. DOSWALD.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.  
Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Rhinoceros albus - Ioci* - P. d. V.

### XIV num. ann. IV.

Ad « Praeconem Latinum » - N. CAPO.  
De subtiliore latinae orationis cognitione - A. CIMA.  
Pax! - A. M. CERASOLI.  
Latinae adnotatiunculae - Maurus Riccius Ioanni Taddeo - Ex scriptis M. RICCI.  
Oratio ad discipulos gymnasii habita studiis absolutis - I. WABNER.  
Ab Helvetia ad Nordicum caput - LAELIUS.  
Collectiones et collectores - H. D. V. PIERALICE.  
De polari vertice attingendo - A. COSTAGGINI.  
Aloisii Clasii « Lusus pastorales » - Latine vertit I. BATTANIUS.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - F. PALATA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *De nicatis scitamentis - Ioci* - P. d. V.

### XV num. ann. IV.

Australianae civitates iure dominii communiate constituta - P. ROSSANI.  
De pronuntiatione et studio linguae latinae - H. P.  
De legalitate coemeteriorum christianorum - Ex ineditis M. ARCELLINI.  
Uvae cornutaæ origo - H. D. V. PIERALICE.  
Theatrum olympicum vicentinum - LAELIUS.  
De liberalium artium fato in futura publica re - I. ANTONELLI.  
Alexander Botticellius - A. COSTAGGINI.  
Commnia vitae - De salutatione - P. ALEXIS.  
Aloisii Clasii « Lusus pastorales » - Latine vertit I. BATTANIUS.  
De « phototherapia » - FORFEX.  
Arabum mores - A. VIEILLOT.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - A. E. DE DRUFFEL.

*In tertia operculi pagina:*

Sociis monitum - Vox Urbis.

Per orbem - VIATOR.

Varia: *Ioci* - P. d. V.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italiam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

## LEONI XIII PONTIFICI MAXIMO

*Alme Leo, coleris fidei morumque magister,  
Et merita cingis fronde poeta caput.  
Ne pudeat niveos lauro redimire capillos,  
Alcaicam manibus nec rapuisse lyram.  
Postulat haec tempus: decuerunt optima summos  
Carmina Pontifices, stat quibus Urbe decus.  
Ars Tibi divinos pulcherrima servat honores,  
Seu fuerit gemmis, seu decorata rosis.  
Saecula praetereunt: veniunt nova saecula: noctis  
Astra micant: populos somnus et umbra tenent.  
Tu vigiles curas, romana, solus, in aula,  
Demulces feriens, clarus ab arte, lyram.  
Aspirare solet Tibi numen ab aethere lapsum:  
Iussa Dei populos, hoc referente, doces.  
Nuntius hic recreat longae fastidia noctis:  
Hic citharam pulsat, Tu memoranda canis.  
Tu, Pater alme, potes magnos superare poetas,  
Seu vocet Urbs veteres, seu ferat ipsa novos.  
Iura Dei celebras, scelerataque dicta refellis;  
Iuraque das miseris, das sua divitibus  
Ut via sit Christus, vita ut mortalibus, aures  
Pulchrius ad nostras, Te recinente, renit.  
Te duo pangentem plauserunt saecula carmen;  
At sonitum carmen tempus in omne dabit.  
Turba poetarum, sine numine turpia cantans,  
Conticuit pulchros Te meditante modos.  
Desipiunt nostro doctores tempore: ludens  
Carmine Tu gentes erudis omnigenas.  
O mihi, Sancte Pater, iamdudum fessa priusquam  
Lumina mor claudam, fausta precare, rogo.*

RAPHAEL REYES S. I.

## CONSOCIATIONUM VIRES QUOMODO EXERENDAE

**O**PIFICES agricolaeque omnes, quorum innubiles turbae, nomine a patrum lingua usurpati, proletarii dicuntur, dupliem futuro tempore ordinem assequentur: primum enim suas vires una cum divitum pecunia in angendas industrias conferent, mox ipsi minores ausus commercio aut arte tentabunt. Hi, dum scribimus, licet resolutus veluti exercitus per urbes atque per agros adhuc dissipati, suorum tamen iuriū sibi conceii esse videntur, quae hactenus ignorarunt. Metus inde ortus ingens, non alter ac si favilla ignitae pulveris immenso acervo esset admota: quo discriminē excitati Christifideles et ipsi vires consociarunt ad miseros omnes redimendos; rati meliores dies non ruina parandos, quam Caroli Marxii asseclae moluntur, sed restitutis opificium agricolarumque ordinibus, iunctisque eorum apto foedere viribus.

Non tam enim communes dolores, quam coniurata odia, insana consilia, infidae sponsiones, fallaces spes primos pauperum manipulos moverunt, ut coirent. At evulgatus quoque sensim est atque diffusus communis utilitatis sensus, communis iuris cognitio in plebem propagata, incensique animi ad ea, quae tam concordi voluntate expetierant, assequenda. Simul autem aucta novae pactionis incundae necessitas, cuius foedere iungantur omnes, quotquot labore manuum vitam traducunt. Rei caput erunt adlecti per multitudinem legati, qui eius partes coram republica vel contra primorum ordines gerant perpetuo, curas foveant, negotia provehant, iura vindicent: itaque ea bona quae maiores, artium sodaliciis constitutis, caverant, hodie innovantur, ubique existunt, ubique succrescent, ubique vigent.

In Anglia a saeculo iam inita via, initiaque a collegiis secreto condicis sumpta; deinde paullatim ad notissimas illas *Trades-unions* consociationes ventum est, quarum iura, hodiernis legibus sacra teataque esse innotuit omnibus. Neque opifices tantum, sed et ipsa res publica, novorum ordinum pondera pluries exerti sunt.

Varia alibi nomina pro varia locorum gentiumque indole; at una semper eademque res:

Germani *Arbeitergilden*, sive *Gererksvereine* dixerunt, Belgii atque Galli *Syndicats ouvriers*, Itali *Laboris comitia* aut *Fasces* vocamus. Normae coeundi Gallis pro arbitrio relictæ; apud Germanos quandoque etiam lege cautæ; apud Belgas iuris persona collegiis tributa; apud Italos benigna quaedam remissio in iis tolerandis usuvenit. Sed quamvis persæpe iunctis huiusmodi viribus ad civilium ordinum, quod vœant, bellum, utantur tribuni, gestorum exempla non desunt, quibus christiana mens præluxerit. Tradit haec quidem historia, docetque simul necessitates novas inter opificum agmina persentiri, constantemque et diffusam et roboretam in dies voluntatem esse illis, ut in unum convenient, ut, pro varia sua arte, collegia nova constituant, quorum libero suffragio legati adlecti negotia, iura, vota snorum tutentur. Maxima haec elapsi saeculi hereditas, dierumque qui properant auspicium luculentissimum, unde, quae erit ferme vigesimi saeculi pecuniaria res, facile coniectui patet.



Num igitur iniusta haec aut leviora catholici dijudicabunt? Notum est contra, eos, per Europam certe, primos rei auctores fuisse admonendo passim atque hortando ut plebs in corpus coalesceret, quod potissimum esset ipsius erigendæ remedium. Quae et hodie animo non fracti praedicant adhuc, quippe antiquis christiane reipublicae moribus apprime consona, ab ipso Pontifice Leone XIII litteris tradita, totius instaurandæ societatis quasi fundamenta constituta, omniumque catholicorum consensu recepta. Horum vero manus ad rem admotas remorata est nova quaedam temperatio, quæ domini simul atque opifices in unum corpus coirent idemque collegium conflarent, præmetu, ne seiunetis partibus per duo sodalicia, lucta inter utrumque ordinem fieret asperior.



Et profecto mixta illa sodalicia optima futura nemo non videt, pacisque concilianda, non acuendi belli propositum habere finem. Hoe vero inde maxime confirmatur, quod a nostris inventa sint huiusmodi consilia et plures legitima sanetione firmata, quemadmodum in Gallia, usque ab anno M DCCC LXXXIV; quae ipsa consilia vel nunc propugnatores habent catholicos quamplures. At, heu! quo spei dilecta magis, eo magis operi impervia res, quam hodierna reipublicae mala omnia implient atque praepediunt. Divitum enim pauperumque seiunetio invalidit a saeculis, totiusque hodierni laboris, commerciorum, artium, industriarum pessimus viget morbus, itemque efficiens causa, quam momento temporis divellere te posse ne eredas.

Arduum saepe facinus in uno eodemque opificio domini atque opificium aequi iura componere: at quaeso, quid erit cum tot officinarum per provinciam eidem operi vacantium, sive lanae texendæ sive gossypio intendant, dominos atque opifices eodem foedere iungere studeas, prout artium sodalicia requirunt?

Opificium multitudines, quas Anglicæ *Traditions* muniunt undique, equis ad mixtum foedus feriendum deducat eum ditissimis fodinarum dominis, aut officinarum patronis? Vel quis operariorum legiones, quas mox ad sex vel ad octo menses protracta desertione tot miseriae cumularunt, tot aluerunt odia, tot oppresserunt ruinae, postridie una eademque in aula de communib[us] negocii cum avarissimis dominis agere videbit?

Miserrimi sane historiae atque hominum morbi, unde satis eluet quam radieitus haec lues putrescat, qua res publica consumitur. Quapropter nulla mora contendendum, ut variis ordines, seiunetim licet, convenient, iuxta ea quae ipse Leo Pontifex docuit: posse nova sodalitia aut «simplicia» aut «mixta» constitui. Unum vero inter et alterum ordinem nexus erunt aut Arbitrorum vel Proborum virorum collegia, qui controversias dirimant, aut perpetui legati utraque ex parte selecti; neque, dummodo iustitia et caritas præ oculis habentur, civiles inde discordiae succrescent.



Atqui facta urgent monentque altius in dies tempus esse e somno surgere. Mixta illa sodalicia nonnisi lentissimo gradu coeunt, dum ditissimi quique eitissimo cursu ubique per Europam atque Americam foedera iungunt. Veli Adamus ipse Smith animadverterat, domini atque susceptores operum in opificium detrimentum vires conferunt, maximaque divitiarum incrementsa parant pactione signata, quam sive corner, sive trust, sive syndicat appellant. Giganteus quidem conatus, cui repellendo legislatores ipsi impares sese fatentur. Nec valent populorum obiurgationes, qui paucorum iussa subire ferrea necessitatis lege coguntur. Defensio itaque legitima iureque sancta tutela est contrarias conserere manus, atque opifices simul convenientes tam immani discrimini obsistere. Qua in ancipi re vota christianorum antiqua, ut suas per artes operari congregentur, historia ipsa comprobat, salusque publica, suprema lex, rata habet. Plebi enim, ne resoluta pereat aut perduellis confringatur, alterutra via necessario ineunda est, aut *Socialistarum Fasces*, aut *Sodalicia Christianorum*.

JOSEPHUS TONILO.

*Cæco lumen, surdo sermonem, sapientiam bruto offerre labor irritus.*

S. CYPRIAN. Epist. 1. 4.

## DE CASSIO SEVERO

### I.

**M**EMORIA repetenti res gestas tum Graeci tum Romani populi ea sane tempora digna maxime animadversione videri solent, quibus mores, leges, instituta, quae iam floruerant quæque tot per annos maximam gloriam eandemque prope immortalem reipublicae pepererant, verso deinde civitatis statu, historica quadam, quae dicitur necessitate, repente obsolescunt, aliisque moribus, legibus, institutis cedunt. Quae cum ita sint, tum vero accedit ut duo civium genera quasi certamen conserant. Nam sunt qui novarum rerum fautores se praestent multosque alios ad se totos convertant ac rapiant; sunt, contra, *laudatores temporis acti*, qui summa vi et contentione ceteris obsistunt atque praeterita illa tempora ebulliunt, quorum instituta, mores, omnia denique, quibus civitas gloriam maiestatemque consequuta erat, ut revocent contendunt.

Ad haec optime intelligenda, ne aliarum gentium exemplis utar, parumper nobis animo finamus quid sentirent, quid timerent vel sperarent, quid indicarent homines eo tempore, quo Augustus rerum potitus erat. Sed tamen apud Romanos non ita vehemens atque ineensem, ineunte praesertim Augusti imperio, certamen, de quo supra, fuit, vel non eiusmodi certe ut nobis in memoriam revocare posset turbulentissima Aristophanis, Thueydis, Euripidis, Socratis tempora, quum Graeci cives in campum acerrime pugnaturi prodibant, summaque vi ac contentione causam quisque suam dicebant. Cum enim ab Augusto starent eundemque in caelum laudibus tollerent multi per ea tempora summo praediti ingenio viri, Vipsanius Agrippa, Maecenas, Asinius Pollio, Valerius Messalla, deinde poetarum præclarissimum agmen, Horatius, Vergilius, Ovidius, pauci, contra, erant, et hi quidem odio atque libertate acerrimi, qui minus ad temporum naturam atque rationem se accommodarent, contenti scilicet, a servo assentatorum pecore semoti, nova instituta novumque principem maledictis insectari. Atque horum sane omnium longe dignitate principem, eum libertatis amore, tum etiam ingenii vi, doctrina, eruditio varieta Cassium Severum fuisse constat, cuius de vita licet ante omnia nonnulla memorare, quippe quae vitae rationem, mores, animum huius, de quo disserimus, oratoris, quae fuerint, subtiliter exprimant. Eo igitur tempore Titus Labienus «homo mentis quam linguae amarioris» nonnulla scripta in Augusti imperium inque novas ab eo institutas leges vulgarerat; qua de causa, ut scriptum Seneca rhetor reliquit, in eum «primum excogitata est nova poena: effectum est enim per inimicos (eius) ut omnes eius libri comburerentur... Non tulit hanc Labienus contumeliam nec superstes esse ingenio suo voluit, sed in monumenta se maiorum suorum ferri iussit atque ita includi, veritus scilicet ne ignis, qui nomini suo subiectus erat, corpori negaretur» (1). Eece autem Cassius Severus, summa cum Labieno familiaritate coniunctus et consiliorum in re publica socius, dum libros capitales triumviri comburunt, maxima voce: «Nunc me», — inquit — «vivum urlo oportet, qui illos (libros) edidici!»

(1) *Controv. Praef. 4.*

Quæ verbi effingunt at hominem per rum rerum vi atque ae-

De Cassio nibus, libellis, pimus, atque non ex eius neque oratione quicquid, ex quibus aequaliter, aetatis, hic moribus, ingrediunt. Itaque tuus, quo modo tantum verum Augu-

erit, hand a locis, ex quibus probabilius est quid tandem diuidi, ec-

qui Cassium natum esse c

Ac primum in exsilio super apud Hierony Abr. — DCCLX Cassius Severus illud proverbium in summa inde conceptus». Ejectum esse octavo p. Ch

Nonnulla q

ueruere licet, quae Annalium ha

«Relatum sordidae origi validus, per iurati senatus que illie ead odia advertit, atque aqua,

Cassium igit tempus degissatum esse præquam ob relector, te itum quum fere anni a republica a eam intelliges senuit? Ac gustum svissum et quietam si Romae ad quæ traducere; Aut Cassii dicacit et custodiebat cellarerat atque clara reclamat

(1) Animadver-

tere, quippe qui t

ad modum antiqui

(2) Cfr. præ ce

(3) In Chron. C

(4) Hunc habe

qui Cassium ann

TERO

tum Graeci tum tempora digna solent, quibus horuerant quaeam eandemque spererant, verso quadam, quae peseunt, aliisque. Quae cum ita in genera quasi cui novarum reque alios ad se sunt, contra, lau-a vi et contenta-terita illa tem- mores, omnia maiestatemque endunt.

aliarum gen- obis animo fin- rent vel speri- o tempore, quo d tamen apud que incensum, erio, certamen, modi certe ut set turbulentis Euripidis, So- les in campum ammaque vi ac dicebant. Cum que in caelum tempora summo Agrippa, Mae- nessalla, deinde Horatius, Ver- ant, et hi qui- ni, qui minus nem se accom- assentatorum ovumque prin- e horum sane m, eum liber- doctrina, eru- fuisse con- nia nonnulla ionem, mores, oratoris, quae gitur tempore quam linguae Augusti impe- leges vulga- Seneca rhetor tata est nova nicos (eius) ut Non tult hanc tes esse inge- se maiorum cludi, veritus ubiectus erat, in Cassius Se- liaritate con- a socius, dum sunt, maxima « vivum ur-

Quae verba scilicet Cassii ingenium moresque effingunt atque exprimunt, adeo ut ab initio hominem perspiciamus, qui praeter ceteros novarum rerum civiliū obtrectatores summa animi vi atque acerbitate excellit.

\* \*

De Cassio Severo deque eius vita, orationibus, libellis pauca neque satis certa accipimus, atque ea, vel pleraque, vel potius omnia non ex eius scriptis nobis eruere licet, cum neque orationes, neque libelli, ob temporis ini-quitatem, extisterint, sed ex nonnullis locis, in quibus aequales eius scriptores vel inferioris aetatis, hic illuc, arrepta occasione, de Cassii moribus, ingenio, doctrina sermonem instituerunt. Itaque quod ad tempus attinet, quo natus, quo mortuus sit, ita sese res habent, ut hoc tantum pro certo habeamus, Cassium Severum Augusti temporibus floruisse. Uteumque erit, haud absurdum videbitur (1). nonnullis locis, ex quibus de Cassii temporibus nonnihil probabilius colligi potest, diligenter perpensis, quid tandem de hac quaestione sentiendum sit diuideare, eoque etiam magis quod a vera longe ratione ii mihi videntur litterati homines abesse, qui Cassium anno fere ab Urbe condita DCCX natum esse contendunt (2).

Ac primum dubitari non potest quin Cassius in exilio supremum diem obierit, ut scriptum apud Hieronymum legimus (3): «Anno MMXLVIII Abr. = DCCLXXXV ab U. C. = XXXII p. Chr. n. Cassius Severus orator egregius qui Quintianum illud proverbium luserat, XXV<sup>o</sup> exsilii sui anno in summa inopia moritur, vix panno verenda contectus». Ex quo patet Cassium in exsilium eiectum esse anno fere septimo vel, si placet, octavo p. Chr. n.

Nonnulla quoque ex quodam Taciti loco nobis eruere licet, qui, non minus idoneus auctor, in IV Annaliū haec habet:

« Relatum et de Cassio Severo exsule, qui sordidae originis, maleficae vitae, sed orandi validus, per immodicas inimicitias ut iudicio iurati senatus Cretam amoveretur efficerat, atque illuc eadem actitando recentia veteraque odia advertit, bonisque exutus, interdicto igni atque aqua, saxo Seriphō consenuit».

Cassium igitur saxo Seriphō extrellum vitae tempus degisse, ibi consenuisse, ibidemque mortuum esse pro certo in praesens haberi potest; quam ob rem in meam sententiam, benigne lector, te iturum pedibus confido, si dicam eum quum fere annum quadragesimum aetatis ageret a republica amotum esse. Nonne melius vim eam intelliges, quae est in tacitiano verbo «con- senuit»? Ac ceterum vix est credibile hoc Augustum sivisse, Cassium illum otiosam aetatem et quietam sine ullo aut labore aut contentione Romae ad quinquagesimum (4) usque annum traducere; Augustum dico, qui glisceente in dies Cassii dieacitate ac libertate, eum speculabatur et custodiebat, ut primo quoque tempore percelleret atque everteret; Cassium dico, qui praelata reclamacione, tum orationibus tum libellis

(1) Animadverte, lector, Cassium auctoritate multum valere, quippe qui unus novorum oratorum agmen ducat, quem ad modum antiquorum M. Porcius Cato mediiorumque Cicero.

(2) Cfr. prae ceteris TEUFFEL-SWABE, 267, II.

(3) In Chron. Cfr. et SUETONIUS, ed. Roth, pag. 290.

(4) Hunc habebis annum si eorum sententiam secutus eris, qui Cassium anno ab U. C. DCCX natum sibi persuaserunt.

ipsi divo Augusto eiusque in republica sociis accerrime obtrectabat. Adde etiam quod tum maxime tacitiana verba intellegemus, quae sunt: «illie(h. e. Creta) Cassius eadem actitando, etc.», si hoc inter nos convenerit, eum Cretam amotum esse quum medium illam aetatem ageret, quam dicunt, constantem, quamque unam ei praebere omnes potuisse vires ut acerbius in adversarios inveli insectarique vehementius pergeret, recentia veteraque odia adverteret, vix quisquam negabit. Quae cum ita sint concludit admodum verisimili ratione Cassium non ante annum ab U. C. DCCX natum esse (1).

(Ad proximum numerum).

JOSEPHUS MARRA.

### ATHENAEA ET AUDITORES IN AMERICA

SICQUIS ex iis, qui apud nos in Athenaeis audiunt, brevi oratores, mathematici, medique futuri, vespertinis horis praesertim versaretur in frequentioribus viis Americanarum urbium, et per aperta mercium emporia, per patentes tabernas, per officinas, quoicumque demum veniale aliquid sit ab aurifice ad lanium, difficile sibi suaderet ibi esse eos, ibique servire, quos ipse matutinis et meridianis horis collegas appellaret in disciplinis discendis, et salutaret amplectereturque fraterno amplexu societate artis et communione scientiae sibi animo, conditione, expectatione copulatos. Nilominus haec esse scimus, et magna quidem cum laude adolescentium narramus, quibus illud eximium pree ceteris est, neque tempus otio perdere, et decere futurum hominem necessaria sibi labore honesto et conveniente comparare. Qui enim ibi in litteras liberalesque artes comparandas incumbunt, tum si rei familiaris angustia sit, tum si commodiorem vitam agere lubeat, tum si turpe ducant tempus socordia perdere et otio, ita agunt et curant, ut horis ante meridiem disciplinae, cui haerent in Athenaeo, datis, vespertinas aut post meridiem horas labori, aut occupationi tradant, unde sibi emolummentum redeat honestum, sitque ab otio fuga et inertia, quibus utrisque nil perniciosius; adam et adolescentibus nihil gravius circa mores et mentis acumen. Unde illud Ovidianum credo dignum:

Ota si tollas, periere Cupidinis artes,  
Disiectaeque iacent, et sine honore faces.

Hanc autem sententiam exemplo probans illustri prosecuitur:

Quaeritur Egistus quare sit factus adulter?  
In promptu causa est: desidiosus erat.

Qua in re si debitae iuvenibus persolvendae sunt laudes, qui cupiant potius labore et interdum vel humiliiter facere, quam periculose et sine fructu inertes marcescere, praelatura tam Athenaeorum curatoribus danda est laus, quorum diligentia, opera, industria, suasum tironibus est nihil in hac vita magis esse cuivis fugiendum atque vitandum, nisi socordiam, ignaviam, inertiam; in hisce autem vitandis ac fu-

(1) Non est tacendum plerosque Horatii interpretes hoc iam arbitratos esse, Venusinus poetam in VI<sup>o</sup> Epopon Cassium oratorem quidem maledictis insectari; quam opinionem ex dictis corrue non opus est te moneam, lector, cum non ignore hoc fere pro certo explorato haberi, Epopon libros inde ab annis DCCX usque ad annos DCCXXIV editos esse.

giendis, omnes labores corporis, ministeria omnia, quae sine infamia possint, esse obeunda. Idque ut fiat, Collegia, Fratriae, Athenaeorum Duces, Magistri, Curatores, Praesides, Addicti, Consulentes, et iuvenibus illa suadent, ne otio tabescant, et mercatoribus, negotiatoribus, officinarum tabernarumque Dominis aut Rectribus ferme spondent pro iis, quos ipsi dabunt ex auditoribus Athenaei, ut muneri opportuno apud illos dent operam. Munus dixi opportunum; rectius consentaneum fortasse dixerim; nam non una omnibus indoles, sed alia aliis, diversa singulis, prout animus vel sibi finxit, vel prout mos, vel ingenium, vel intellectus inclinant; habitus autem corporis ac dispositio membrorum pronam cuique faciunt. Hinc, inclinantibus in occasum horis, alter saltamentario satagit, alter linteario, coriaro hic, ille kaffeario; adhibetur hic apud scribam, ille apud «advocatum», tertius navat operam in computo apud mercatores; et sic de reliquis ad ultimum usque.

Quod cum omnibus commune sit, et cum quasi turpitudinis nota inuratur apud socios, qui vacuus aliquo huiusmodi opere exstet, vel adolescentes, quibus ad vitam agendam in studiis pecuniae suppeditatur satis, optime se facere dueunt si serviit voluntarias praebeant manus. Quinimo Collegia, Athenae, Instituta ipsa solent auditoribus singulis credere aliquid retributione laboris faciendum; itaque est qui compendia faciat, qui oeconomico praeolo, quod «lithographicum» appellant, scribat discipulorum ad commodum singulorum, est qui bibliothecae curam gerat, qui administranda rei, redditibusque scribundis operam navet, qui museis physicis, zoologicis, botanicis addicatur; et per similia hisce munera, qua placet, abi liber, et numera. Praeterea in super hoc esse in more, nempe ut pueris, et adolescentibus vel tardo ingenio, aut alio quovis defectu laborantibus quasi pedaneus magister, quasi pedagogus detur, quo docente, hortante, monente facilis illa retineantur, quae tiro in scholis vel surda aure praeterit, vel audita non intellexit. His itaque datur auditor veluti secundarius institutor, et vacationi certa merces. Denique auditores sunt, qui inter artifices et Collegia, inter haec et mercatores, et fabros fiunt sponte mediatores, quibus ex quovis absoluto negotio certa etiam merces comparatur: Ut omnia praestes ex lino, quae ad mundum Collegio meo sunt, tantum dabis. Ut lanea omnia quae ad vestes conficiendas et indumenta, pallia, togas, et reliqua, tantum. Ut ligna, carbonem, aromata, vina, olea, tantum. Nemo recusat; estque praemium a venditore iuxta quantitatem, a Collegio iuxta pretii exiguitatem. Monebo nunc esse Collegia, quae auditoribus hac pactione praebent quotidie victum, et domicilium, donec studiorum summam absolverint; esse et insuper quae auditoribus eadem praebeant, victum saltem, si alumnis discubentibus ministraverint ferentes obsonia, lances, et quae mensae sunt necessaria.


Ita porro in Yale University et in Harvard College est virorum ordo, qui unice studet auditoribus hoc modo collocandis; Columbia College tribus tantum mensibus quadraginta constituit auditores, qui hoc ex opere praestito tredecim libellarum millia sibi compararunt. Hinc

in *Yale University* undeviginti super quingentos auditores suo tantum labore vietum sibi et reliqua necessaria obtinuerunt. Sex et nonaginta auditores in Chicaginiensi Athenaeo laboribus huiusmodi sese devoverunt petitione solemani, ex quibus duo et quinquaginta, statim operi additi quae sit, trimestri novem libellarum millia mercede retulerunt.

Quid autem si ditissimi adolescentes abnuant labores, praeferant otium, et pedissequa otii vitia? Suadente magnifico rectore Athenaei illius, cui *Yale University* nomen, maniana austerritate septi, superciliosi adstabunt in donandae laureae experimento praeceptores et rector, a quibus et bis et septies reiecti comperient nullum fore otiosis, non dicam pravis et dissipatis ludo adolescentibus, locum in Athenaeo, abi assiduus

quod Fr. Angelicus Faesulanus tractavit. Quae autem auctorum diversitas! Alter enim figuræ plena, ut ita dicam, reddidit, cultæ humanitatis optimum specimen, alter, ut erat picturæ tunc renascentis, admodum molles; sed tamen ita suaves, ut in suo effingendi genere nesciam utri palmam tribuerim. Et in ipsa colorum distributione uter praeferendus? Faesulanus enim flavos, rutilos aureosque ante omnes dilexit, qui ad formam illam naturae modum excedentem, quam animo comprehensam habemus, magis inducunt. Idque in angelis depingendis maxime eluet: quibus procul dubio vir ille eximus omnibus præstet, ut ab ipsis cognomen iure apud aequales et posteros sumpserit.

X.



labor præcipua est iuveni commendatio. Hinc constituti sunt conventus quotidiani coetusque, in quibus et ii, qui durioribus inepti laboribus ab hisce vaceant, exercere se utiliter et honeste possint, et assueti socii, quibus est exigua res, vitam et mores emendabunt, præcipue ubi animadverint hos in deliciis haberi, se ferme esse in contemptu, nisi novum illum inierint vitæ duendae modum, novosque amplectantur mores, quibus benemoratos respublia, et familiae cives adipisci possint: cives, inquam, quies et magistratus et honores patria credat.

Nonne et haec disciplina, quam ex Italico commentario *Minerva* depropensi, instituenda est in Europæis quoque Athenæis? Profecto nisi brevi et superari, immo et obrui velimus.

SENIOR.

#### FR. ANGELICI FAESULANI TABULA DEIPARAM IN CAELOM EVECTAM REFERENS.

Qui abhinc annos duos Titiani Vecellii tabulam Deiparam in caelum evectam referentem dedimus, idem argumentum exhibemus,

#### RECENTS AERIAE NAVIGATIONIS PROGRESSUS

**P**LURIES de aëria navigatione in commentario nostro loquuti, debitum credimus iterum aliquid scribere. Cum vero de illis, quae iam ab inde maiores nostri invita Minerva tentarunt, satis superque dictum sit, recentiora tantum festino calamo attingemus, ne veteris curiae, gravissimique argumenti penitus obliuisei videamur. Quid si felicioribus ausis, atque in dies quotidie perficiendis, dabitur optatam aliquando metam contingere? Confirmabitur vetus adagium, quo fertur constantiae humanae, humano ingenio omnia subici, si conlatae vires et potentia singulorum conlata in unum adipiscendum conspirent. Sed nostra nunc adoriamur.

Doctus vir K. I. Danilewsky Russus genere ex oppido Charkov, annis 1897 et 1898, aëriam navem cum antea molitus esset, qua regionis aetheriae potiretur, pluries in aëre vagatus est, et itinera quaedam feliciter explevit. Porro machina haec aliquid simile præfert, qua usus est nostris hisce diebus Zeppelinius ille notissimus. Fusiforme in anteriore facie aërostatum conficit, quo facilius quasi rostro terebraret aerem: posteriore faciem in sphærae dimi-

diae formam redigit, ut ventis iuvaretur afflantibus, undisque aëris impelleretur, dum aucta prora sterneret sequenti volumini tramitem. Alas habet duodecim pedes longas, ac tali aptantur industria, ut oboediant nautae, viamque in eant iuxta huius mentem, quinimo et aërostatum circummagant, ac, si libeat, immobile statuant mediocres vel contra ventos.

Santos Dumont, in Gallia, praeter turrim Eiffel Parisiis natavit, aërostato se credens sexaginta pedes et quinque longo, quinque et viginti lato, rarior aëris, quo elevaretur, septem ac decem millia pedes cubicos continent. Et huic facultas erat eundi, quo vellet, addita parva machina petroleo aeta, quae motum cieret, ac moderaretur.

Nova omnino machina, quam « velocissimam birotam » appellatam optavit, Myers quidam centies in aëre spatiatus est, professusque est insuper, emendatis nonnullis, nonnullisque additis (exigua haec et minimi habenda retur), se absolvisse penitus quae ad aëria itinera desiderabantur. Nam, ipse ait, hac vecti machina duo, tresve homines Americam integrum perniciose tranarent in aëris regione, quam in terrestri: *aërocyclum* nuncupavit inventum.

Romani eiusdem civis nos olim in commentario nostro, illo benigne annuente, *hippoarium* praebutimus (1), totiusque machinae illius ingeniosissime confictæ ordinem imaginemque expressimus: ac de primatu eius minime dubitaremus, si apud nos, quae apud civitates exteras, eadem cura vigeret.

Jerome B. Blanchard Americanus, ex Colorado pago, et ad unguem oppidanus Highlandsii, publicas inventionis litteras a magistratibus anno 1894 impetravit, ut sui iuris esset *aëroplanum* duplex, quod, initiali velocitate semel concepta, per hanc in aëre regeretur. Initialis autem velocitas haberetur ex condita quadam ardua ferrea-via, per quam illud abiret, donec pernicietatem aptam volatui conciperet: pernicietas autem subsequens exigua vi nautae ipsius servaretur.

Daniel C. Funcheon machinam meditatus est, quam *volator a trolley* dixit. Hie est autem ordo inventionis. In vertice aëroplani cylindrus est, cui circumvolvit metallicum filum, quo electridis flumen deducitur ad eiendum propellantis axis motum. Aëroplano sunt alae hinc inde, ne hinc vel inde nutet, sed recto feratur aequo.

Venio nunc ad irrita quaedam, quae in parvis constituta aliiquid promiserunt, sed vel fidem non præstiterunt in magnis, vel in ipso conamine vana reperta sunt. Primus ocurrat Arthurus Steutzel ex Altona Borussiac, mathematicus vir. Hie anno 1896 machinam condidit duabus alis duodecim pedes longis innixam, quae « gaz acido-carbonico », ut vocant, commoverentur, temone regente viam. Filum ex metallo confectum machinam sustinebat ne solo incumberet. Ubi virtus movens ea esset, quae equi unius et dimidi vires aequaret, alae quatibantur, quasi immanis eiusdem volueris essent volatum ineuntis, et elevabant machinam, quae libras septuaginta et quinque pondere aequabat. Ductore filo machina haec tres equos vi aequavit, at brevi processit. Quamvis autem rei novitas plures delectaret,

(1) Cfr. an. II, n. XVIII.

in aperto erat quae enim alae que et septuag illas in usu es rique ut volatu nugalia quaed chancourt. Lau admirationi es paria ulla fecer

Beecher Mod se confecisse, q ret volatu viari certi esse, quip tione subvertant. Iamque nihil d ab Ader, mathe monstrum, quas tis. duosque in ad modum inge omnia a veloc sustinerent sem rimenta ventum etatione cecidit in sublime cont

Quae cum ita nihil ab aërosta posse sperari ut machinam copula rependantur def laudem consequ

#### VITA FUN

Angelus Mes mense Aprili, def randi, ad econo maticorum ratione rigidum eumdem contulit; quae om morum et sociata harum rerum mag Qui illum audivit etiam viri eloqu spicuam, non tam eleganti nitore pr

Eiusdem artis Salvatorem Cos historias et sociale litteras quoque eu

Hermannus C etor, liberalium art de Michaele Ang Goethe magnis ho

Berolini etiam n qui fuit inter cult præclarus.

Stephanus U quem historicum contulit.

Ioannes Parc historicas. Creta i Lutetiae Parisioru ab anno MDCCCLXX

Ragatz in urbe gravit Clodoveus princeps, quandam qui rei Germanica fuit, ut gratum su rit, et historiae ho

varetur afflan-  
ir, dum acuta  
ramitem. Alas  
tali aptantur  
lamque ineant  
et aërostatum  
obile statuant

raeter turrim  
credens sexa-  
quinque et vi-  
retur, septem  
continenti. Et  
vellet, addita  
e motum cie-

« velocissi-  
it, Myers qui  
professusque  
nonnullisque  
abenda retur),  
in itinera desi-  
ecti machina  
ntegram per-  
one, quam in  
inventum.

in commen-  
*hippocærium*  
e illius inge-  
ginemque ex-  
minime dubi-  
vitates exte-

lus, ex Colo-  
Highlandis,  
magistratibus  
s esset aëro-  
ocitate semel  
etur. Initialis  
dita quadam  
abiret, donec  
peret; perni-  
nautae ipsius

meditatus est,  
ie est autem  
oplani cylin-  
drium filum,  
ad ciendum  
no sunt alas  
et, sed recto

quae in par-  
sed vel fidem  
psu conamine  
rit Arthurus  
rematicus vir.

duabus alis  
dae « gaz aci-  
tentur, temone  
infectum ma-  
et. Ubi virtus  
dimidii vires  
asi immanis  
ineuntis, et  
ptuaginta et  
filo machina  
vi processit.  
delectaret,

in aperto erat non posse ampliores alas confici;  
quae enim alae duodecim pedes porrectae quinque et septuaginta libras sustinebant, centum ac viginti per pedes producendae erant ut pondus libr. 750 possent rapere. Iamque vides alas illas in usu esse non posse. Itaque dum ple-  
rique ut volatum avium imitarentur, ludiera et nugalia quaedam invenerunt, eiusmodi Pi-  
chaneourt, Laurentius Hargrave, et reliqui, quae admirationi essent, non tamen idonea, et usui paria ulla fecerunt.

Beecher Moore ex Buffalo aëroplanum dicit se confecisse, quod quingentorum pedum explere volatu viam: at fatetur in aëroplano nihil certi esse, quippe quia nutet, et in ipsa nutatione subvertatur, daturum necem gubernanti. Iamque nihil dicendum de illo *Avion Gallico*, ab Ader, mathematico viro, olim adstructo. Hoc monstrum, quasi currus quatuor innitebatur rotis, duosque impulsores habebat, duasque alas ad modum ingentium vespertilionum. Et in hoc omnia a velocitate expectabantur; alae vero sustinerent semel elevatum a solo. Ubi ad experimenta ventum est, res longe aliter ab expectatione cecidit: quippe deorsum cecidit, dum in sublime contendere credebatur.

Quae cum ita sint, communis fert sententia nihil ab aërostate, nihil ab aëroplano seiunctis posse sperari utile et solidum. Qui utramque machinam copulaverit ita ut mutuis bonis mutui rependantur defectus, ille navigationis aëriae laudem consequetur.

M. LANI.

#### VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

**Angelus Messedaglia**, cuius obitum qui fuit mense Aprili, defuit hic usque occasio commemo-  
randi, ad oeconomiae rei studium summam mathe-  
maticorum rationem, historiae eruditiois thesauros,  
rigidum eundemque incorruptum iudicandi modum  
contulit; quae omnia firmis praecceptis ordinata ad  
morum et sociatae vitae doctrinam ita transfudit, ut  
harum rerum magister inter primores habitus sit.  
Qui illum audivimus in Romano athenaeo docentem  
etiam viri elocutionem numerosam, efficacem, per-  
spicuum, non tamen academicam, sed sobrietate et  
eleganti nitore praeditam deprehendimus.

Eiusdem artis alterum cultorem Itali lugenus,  
Salvatorem Cognetti de Martiis, qui non solum  
historias et sociales disciplinas scriptis ornavit, sed  
litteras quoque cum laude prosecutus est.

**Hermannus Grimm**, Berolinensis athenaei do-  
ctor, liberalium artium in studium intendit: eius opera  
de Michaelo Angelo Bonarrotio ac de Wolphango  
Goethe magnis honoribus sunt celebrata.

Berolini etiam naturae concessit **Ioann. Schmidt**,  
qui fuit inter cultores philologiae Indo-Germanicae  
praeclarus.

**Stephanus Ussi** apud Italos ad picturae modum,  
quem historicum appellarunt, studium cum laude  
contulit.

**Ioannes Parodi**, poeta scenicus, actiones maluit  
historicæ. Creta in insula natus, vita functus est  
Lutetiae Parisiorum, quam ad urbem concesserat iam  
ab anno MDCCCLXXX.

Ragatz in urbe gravis annis ab hominibus demi-  
gravit **Clodoveus Hohenlohe-Schillingsfurst**  
princeps, quondam Germanici imperii cancellarius,  
qui rei Germanicae ample in omni vita adiumento  
fuit, ut gratum suorum civium animum iure merue-  
rit, et historiae honorem.

**Rogerius Emericus Acton** Neapolitanus di-  
gnus habitus est qui magni existimaretur apud omnes  
navalis rei peritos ob nauticam scientiam, et ob  
mitem animum a multis, quos habuit familiares, diligenter  
genueretur.

Buenos-Ayres in urbe repentina morbo corruptus  
est **Errazuris**, Chilenea reipublicae olim præses  
notissimus.

**Eduardus Foa**, viator Massiliensis, Mauritiam  
visit, Dahomey et Africæ regiones, quæ inter ostium  
Zambesi fluminis et Congi continentur, laeum Nyassa  
ac Tanganyika transiens; quæ itinera, graviora sane,  
diligenter litteris tradidit.

Cronberg, morbis fatigata, spiritum emitit **Vi-  
ctoria**, Adelais, **Maria Aloisia**, vidua Friderici III, Germanorū Imperator. Eius optimum  
elogium pronuntiavit quondam ipsius pater ei tribuens  
mentem virilem in animo muliebri.

I. F.

#### THEATRUM MARCELLI

De theatro Marelli, postquam Ur-  
sina gens ab a. usque M DCCC XCIX  
illud a saeculari obliuione eruere  
quodammodo ac luci restituere, dum  
liceret, conata est, Franciscus Per-  
nier doctor (1) nonnulla adnotavit.  
Iam vero inter multos seripserat  
anno M DC XXX IX Alexander Do-  
natus Senensis, in sua *Roma vetus  
ac recens* (2) atque ita abunde, ut  
Pernier ipse testetur per pauca ferme  
ex recentissimis excavationibus quae  
Donato subderentur innotuisse.

Theatri origines enarrat Suetonius de Iulio Caesare tradens: « De-  
stinabat (Iulius Caesar) exstruere  
theatrum summae magnitudinis Ca-  
pitolino monti accubans » (3): sta-  
tiuqué post Caesaris necem de Au-  
gusto subdit: « Idem (Augustus)  
O. Tuberone, Fabio Maximo coss.  
IV nonas maias theatri Marelli de-  
dicatione tigrim primum omnium  
ostendit Romae in cavea mansue-  
factum » (4). Ceterum aedifici histoi-  
riam his Donatus persequitur (5):  
« Idem Augustus cum dedicaret  
Iudis, ut ait Dion, eius gratia factis, Troiam  
inter alios Patricios pueros nepos Augusti  
Caius lusit: ferae Africanæ sexcentae oc-  
cisæ » (6). Quibus Iudis evenit, ut, quod  
seribit Suetonius, « laxatis sellae eurulis com-  
pagibus Augustus eaderet supinus » (7)... Ius-  
sitque, teste Dione (8), ut Iudis Romanis effi-  
gies Marcelli aurea, aureaque corona et sella  
eurulis in theatrum inferretur, mediaque inter  
praefectos iis Iudis magistratus collocaretur ».  
Theatri scenam Vespasianus restituit, atque,  
ipso Suetonio teste, Iudis per quos seena Mar-  
celliani theatri restituta dedicabatur, vetera quo-  
que acroamata dedicaverat. Voluit etiam Alexander  
Severus, ut ait Lampridius, theatrum Mar-  
celli reficeret, nec vero fecisse dicitur. Id ta-


men facti iam incendi ruinaeque indicium est.  
Obiit Marcellus, referente Dione, ante dedicatio-  
nem theatri. Itaque cum eius mortem defleret  
Propertius de hoc theatro loqui non potuit, cum  
canceret:

*Aut modo tam pleno fluitantia rela Theatro...*

Ovidius de theatro Marelli scribit, cum eius  
liber iussus abire Palatio ait:

*Altera templa peto, vicino iuncta Theatro (1);*

quod templum sive Pietatis est, « factum in  
eius careeris sede, ubi nunc Marelli theatrum  
est », ut scribit Plinius, (2) (atque adeo fabri-  
cato etiam theatro, nec tota careeris occupata  
sede templum conservari potuit), sive Iunonis  
Aedes, quae, Plinio auctore, « in Octaviae por-  
ticu fuit ».



Theatri Marcelli reliquiae.

Addendum ex Tacito statuam Augusti a Livia  
ad theatrum Marelli positam: « Neque enim »  
— inquit — « multo ante cum haud procul thea-  
tro Marelli effigiem Divi Augusto Iulia dicaret,  
Tiberii nomen suo postseripserat. Idque ille cre-  
debat, ut inferius maiestate Principis, gravi-  
et dissimulata offensione abdidisse » (3).

Incidia Claudio Nerone primum, deinde  
Tito Vespasiano imperante oborta, theatrum  
graviter labefactarunt; sed caveae exterior fa-  
cies haud multum immutata est. Dorici autem  
arcus a Traiani usque diebus cauponum in usum  
cediderunt, passimque adnotantur in lapidibus  
*sagarii a theatro Marcelli* (4).

Theatri figuræ in « Urbis forma » Septimi  
Severo imperatore insculpta, reliquum fragmen-  
tum vix in Capitolio superest, quod scenæ par-  
tem exhibet, quam Constantino imperante in-  
tegram adhuc tradit Ausonius, eiusque aetatis

(1) In *Bullettino della Commissione Archeologica Comuni-*  
nale, an. XXIX, fasc. I, Romæ.

(2) Cap. VIII.

(3) SUET. AUG., 44.

(4) Id., 29.

(5) Loc. cit.

(6) DION. I, 44.

(7) SUET. AUG., 43.

(8) DION. I, 43.

(1) TRIST., lib. III, el. I.

(2) LIB. VII, c. 30.

(3) ANN., lib. III.

(4) CORP. ISER. LAT., VI, 9, 56.

*παρατητοί* docent adhuc, tunc quoque temporis spectacula ibi produisse.

At Gratiani tempore, ut Cestius pons reficeretur, lapides e cavea Avianus Simmacus absulit, neque deinde Theodoricus ipse munificus antiquitatum cultor, dum Pompeianum theatrum instaurat, Marcellianum reficiendum usquam evavit.

Media ferrea per saecula ipsum paulatim nomen reliquiis immutatum, seu theatrum Antonini, seu templum dixerint, tandemque saeculo X, civilibus bellis obortis, quae ad XIV usque urbem pessimum dedere, Petri Leonis gens oppidum ex theatro fecit, turrim imposuit, monumenta circum addidit, quibus Urbanus II Pontifex se tutatus est. Inde « Domus filiorum Petri Leonis » aedes dietae sunt, quoadusque anno M CCC LX VIII Lucas Savellus, Iacobi filius, « plures domus et palatia et antiqua aedificia cum cryptis posita in monte » (1) emit, qui mons, ruinis forte delapsis congestus, deinceps « Mons Savellus » appellatus: nam gradus, et caveam, et chorūm ruinae ingentes obruerant. Atqui Savellae gentis iussu, saeculo XVI Balthasar Peruzzi architectus aedem gentilicium in ruinis condidit, intercolumnia oclusis, lacunaria delapse innovavit, addidit, eleganti facie turrem duas summo in monte erexit, atrium denique quadratum lectissimum fecit, haecque in porta carmina inseculpsit:

*Amphiteatra prius, mox propugnacula rursus  
Diruta, restituit clara Sabella domus.*

Perutianum monumentum ad nostros usque dies intactum paene remansit; at eum saeculo XVIII, extineta Sabella gente, aedes in re-

(1) LANCIANI, *Ruins and excavations*, pag. 494.

4]

## ALOISII CLASII LUSUS PASTORALES

XIX.

*Quanta tuli, o rites, pro vobis usque laborans  
Seu Canis arderet, sive rigeret hiems!  
Falce putare modo, interdum vos arte ligare  
Debueram, aut pingui vos saturare fimo.  
Sorte tamen dextra, ornarat se via mihi tandem  
Tota racemosis vinea palmitibus,  
Quos ego mirabar sic laetus, ut ipsa voluptas  
Immemori curas demeret ex animo.  
Effusa hue hodie tempestas, paupere agello  
Consita quae fuerant, omnia vasta dedit,  
Hei mihi! vel frondes, pecori quibus utor alendo.  
Quo, quo nunc studio rura colenda mea,  
Pro sudore meo si quos rix integer annus  
Attulerat fructus, hos rapit hora cito?*

XX.

*Qui quatit argute leviterque per aera ludens  
Alas papilio, tam bene versicolor,  
Interdumque sedet vel quo se blanda voluptas  
Invitat, vel ubi plos norus ullus hiat,  
Hie modo vermis erat, cui circum membra tegebant  
Neglectae exuviae, pigra et inepta clamys;  
Vermis, qui sese tantum saturare vel herbis  
Exquis, rudibus vel foliis poterat,  
Valleque in obscura, tacitate per inhospita silvae,  
Vix adrebat frondem aliam ex alia,*

gimen « Sodalicii dynastum » cessissent, Dominicus Ursinus magna pecunia eas aequisivit insigne gentis suae imposuit, titulus distinetum « De filiis Ursae ». Mox patet facta laudabili consilio reliquiarum parte, quae tamdiu latuerant aedes lustrare lievit, votumque ortum est simul ut brevi reliquum quoque monumentum saeculae antiquitatis studioso agmini iterum pataret.

ROMANUS.

## DE LEGALITATE COEMETERIORUM CHRISTIANORUM

**I**us religionis, prout vidimus (1), prima iuridica ratio existit, qua fideles potuerint sua sepulcra constituere et possidere; non ita tamen semper a popularibus furoribus defendere, ut configuisse constat Carthaginē, ubi olim conelatum est ne « areae christianorum » essent!

At coemeteria christianorum non tantum ut corpora fideliū ac martyrum conderentur, constituta fuere, sed etiam quo, statis diebus, ii congregarentur ad psalmos canendos et ad agapes, et maxime ad divinum sacrificium, celebranda, praesertim diebus martyrum natalibus.

Dicit fortasse quispiam: Quomodo hi coetus et sacri conventus? Quisnam eoram lege se offerebat titularem ac possessorem coemeterii? Id enim lege omnino statutum erat.

Liquet coemeteriorum erectionem non fuisse illius amplitudinis ut nunc sunt maxima coemeteria Romanae urbis, quae non modo nostram, sed iam hominum saeculi IV admirationem excaecabant, de qua testimonium praebet inscriptio

(1) Cfr. num. sup.

*Tellure aut ima gradiens rix se ipse trahebat  
Lente. Ast, en! agiles nunc imitatus aves,  
Ventorum sedem, se tollit in aethera apertum,  
Gaudetque ignavum dedidicisse genus.*

XXI.

*Dulcis ubi aura, nora quam vere excivit Aprilis,  
Celsi Apennini derolat alma iugo,  
Silva reviriscit, mox et proferre comantis  
Luxuriem capit, frondibus aucta, solet.  
At quem Sol refugis nostro declinat ab axe,  
Iamque annus vergit squalidus in senium,  
Unde fremens Boreas, iris hostilibus actus,  
Perfudit et nimbus convocat horrisonos;  
Frondiferum demittit onus, sed fronte procellis  
Opposita alpinis laeditur illa minus.  
Ac licet exagent ventorum flamina dira,  
Expoliata, salus praesidiūmque sibi est.*

XXII.

*Doctae arbos Divae fuit hic iam saera, decorae  
Lumina caerulei pietā colore maris.  
Aspice! ubi viridans sese tollebat in altum,  
Hie vel adhuc summa stirps retus exstet humo.  
Tam multas mihi saepe bonus memorabat olivas,  
Grandesque et teretes, Tityrus inde legi  
Tempore quotque annis, ut satque superque coloni,  
Quantumvis aridi, spes cumulata foret.  
Hac ipsa et sterilis platanus caput extulit ora;  
Sed frustra aspirans aura, vel imber alit.  
Iam quis et hanc memorans: Fuit hic ea, dixerit olim?  
Nemo; nihil famae restat inutilium.*

quaedam in Aegypto inventa, et ab illustri Aegyptiarum rerum cultore Deville edita (1).

Ad Antonium quemdam Theodoricum attinet, qui ait se esse « nationalem » Aegypti et Phoeniciae et longo tempore Romae vixisse ac *taumata*, id est mirabilia, ibi et hic vidisse. Facile patet Theodorum illum ad mirabilia eiusdem generis sermonem suum retulisse, in quo reperta est inscriptio, id est ad coemeteria subterranea et *syringes*, quas Ammianus Marcellinus definit « subterraneos et flexuosos secessus ». *Taumata* ergo, seu « mirabilia » antonomastice iam a saeculo IV coemeteria romana dicebantur.

Sed, ut proprium est rerum etiam maximum, coemeteria quoque romana originem duixerunt a parvis initis. Re quidem vera, saec. I p. C., quid erant « catacombe », nisi parva et modica sepulcra medioeris amplitudinis? Scendum est sepulcra romana, qualisunque eorum erat forma, tribus coalescere partibus, quae quasi cum rei natura coniunctae dici possunt: « monumentum », quod sub dio patebat; « area », quae monumento cedebat, et « hypogaeum », i. e. cella sub monumento, seu subterranea. Monumentum igitur erat quasi signum et testimonium sepulcri.

Diversissima profecto monumentorum apud veteres sive forma, sive dimensio. Castrum Sancti Angeli est vestigium monumenti Hadriani imperatoris; pyramis Caii Cesti est monumentum illius sacerdotis collegii Epulorum; saepius autem monumenta tenuissima habebantur, ut stelae seu cyppi, quibus nostra musea et domus etiam privatorum redundant. Monumento, ut dixi, cedebat area, quae ei erat adiecta, et religiosa, et inviolabilis una cum

(1) Cfr. *Archives des missions scientifiques*, 2<sup>e</sup> série, t. II, p. 484.

XXIII.

*Quum mea canescunt hiberno tempore prata,  
Squalida, triste oculis, undique facta gelu,  
Quaque tenella inerant, concretis usta pruinis,  
Prona super terram gramina deficiunt;  
Discuperem, fessa prostratus membra sereno  
Sub Iove, in herboso me recreare sinu.  
Quare intempestis onerans ego numina rotis,  
Aprilēmque peto laetificosque dies.  
Via tandem norus annus adeat, mollissima et herba  
Crebra viret campis, prataque luxuriant;  
Sed tacita, heu! passim dirus latet anguis in illa.  
Ah sors crudelis! sidera laetitiam  
Usque adeo prohibet a me, contraria semper:  
Sin autem reniat, miata venit lacrimis.*

XXIV.

*Tethys occiduis quando se Phœbus in undis  
Occulit, ac terris imminet umbra sequar,  
Ceu solet, albescens Eos ubi surgit, Olympus  
En laete ut varium pingitur in faciem.  
Pulchrum adeo serus vult se compонere Vesper,  
Ut matutinus non sit amabilior.  
Clara in veste micat, riolisque ornare videtur  
Is caput, atque auro fulgidio pedem.  
Nemo tuens ast illum, haurit quae gaudia mulcent  
Mane novo, quum vix albcat orta dies.  
Quae forma usque nitet, fit demum sensibus umbra;  
Gratior et pulsis lux reddit a tenebris.  
(Ad proximum numerum)*

Latine vertit IOANNES BATTANIUS (1).

(1) Interpretationem hanc iura proprietatis tueruntur.

integro sepulcre eedebant, prorsus aliquando areo quidquid autem cypso inscribentur, unde formulas continet. A.G. P. Primo runt christiana menta, condita seu limites vi adiectis et hypo-

Quod autem apud ethnicos buere formam sepulcrorum, scilicet ubi comburuntur pogaeum ad mortuorum parietibus ab inferis foveae, loculi (semicirculi), quae aliquam similitudinem columbaria cellis erant parvulae, continebant; et cipua columbaria baria Via Appia.

Quod si eorum inhumarentur, geum, ut natura cellae sumebantur, effodiebantur. Rara sunt heilicatae tatu digna hypogaea in Via Appia, nem habent enim coemeterium. Cuiusmodi exstant spectabat, sed a quaque artificiose, quamquam, artificiosum deficiente, tum fuit christiana lapis, qui etiam « In hoc sacro cationis papae »

In dies autem crescente, eret maxima facta fidelium; et peruenienti subterraneis Christianorum coemeteriis, christianis processus eremus.

E

**I**n commentario phoeniceo-punico (1), Lutetia gam peregrinatur et Helvetiam, in Istria summae ignobilis quide totius Austriae.

Cur haec ut qui nesciat;

(1) Cfr. an. III.

b illustri Aedita (1).  
icum attinet,  
ypti et Phoe-  
ixisse ac tau-  
disse. Facile  
ilia eiusdem  
n quo reperta  
subterranea  
llinus definit  
».  
ce iam a sae-  
ntur.

am maxima-  
originem du-  
vera, saec. I  
nisi parva et  
dinis? Scien-  
imque eorum  
us, quae quasi  
unt: « monu-  
x area », quae  
a », i. e. cella  
Monumentum  
ium sepulcri.  
ntorum apud  
Castrum San-  
ti Hadriani  
st monumen-  
rum; saepius  
abebantur, ut  
sea et domus  
monumento, ut  
iecta, et reli-  
ilis una cum

iques, 2<sup>e</sup> série,

prata,  
a gelu,  
pruinis,  
nt;  
reno  
nu.  
rotis,

ima et herba  
iant;  
nis in illa.

semper:  
mis.

undis  
uax,  
mpus  
em.  
Vesper,  
idetur  
m.  
lia mulcent  
lies.  
bus umbra;  
s.

TTANUS (1).  
is tuentur.

integro sepulcro. Etiam areae, quae monumentis cedebant, prorsus diversas habebant extensiones; nam aliquando erant integra praedia et horti, aliquando areolae quatuor, vel quinque passuum: quidquid autem erat, huiusmodi areae et areolae cyppo inscribi, earumque longitudo et latitudo eas, unde passim ocurrunt in inscriptionibus, formulas continere debebant: IN FR. P. - IN AG. P. Primo igitur ecclesiae saeculo, talia fuerunt christiana sepulcreta: erant parva monumenta, condita, ut cetera omnia, iuxta margines seu limites viarum suburbii, cum suis areis adiectis et hypogeo.

Quod autem ad hypogea spectat, ea etiam apud ethnicos saeculis imperii duplum habuere formam secundum methodum ac ritum sepulturae, scilicet vel ubi corpora inhumarentur, vel ubi comburentur. Quo in easu plerumque hypogeum ad modum cellae condebatur, in cuius parietibus ab imo ad summum erant constructae foveae, loculi (*nichie Itali appellamus*) ad formam semicirculi, quae cellae imaginem praebebant, et aliquam similitudinem domus columbarum, ita ut *columbaria* appellarentur. In illis enim locellis erant parva vasa, seu ollae, quae cineres continebant; et etiam modo Romae inter praecipua columbaria forma integra exstant columbaria Viae Appiae et Viae Latinae.

Quod si corpora non comburerentur sed inhumarentur, sive sepeliebantur, tum hypogenum, ut natura rei ipsius ferebat, non formam cellae sumebat; non scilicet cellae, sed cunieuli effodiebantur. Neque de istius hypogei forma rara sunt heic Romae exempla: inter quae notata digna hypogea omnibus nota Scipionum in Via Appia, quae haud exiguae similitudinem habent cum coemeteriis christianis. Prope coemeterium Callisti enim aliud hypogenum huiusmodi exstat, quod non modo ad ethnios spectabat, sed ad quamdam sectam ethnicorum: quamquam, artis criticae testimonii praeterito saeculo deficientibus, coemeterium illud indicatum fuit christianum, et illius ianuae inscriptus lapis, qui etiam modo remanet hisce verbis: « *In hoc sacro coemeterio sub poena excommunicationis papae reservatae Nemini licet ingredi* ».

In dies autem numero fidelium mirabiliter crescente, creverunt etiam illae areae, quae maximae factae sunt ex munificentia divitum fidelium; et proportione debita creverunt cunieuli subterranei. Sed ad tutanda illa christianorum coemeteria primo saeculo aliae causae christianis propitiae fuerunt, de quibus alias dicemus.

Ex ineditis MARIANI ARCELLINI.

## EX ISTRIA

**I**N commentario nostro ultima cum scripsi de phoenico-punicis antiquitatibus Gadibus effossis (1), Lutetiae Parisiorum morabar post longam peregrinationem per Bataviam, Belgicam et Helvetiam. Nunc post alterum nec breve iter in Istria sum, in eiusque capite Tergeste, non ignobili quidem civitate, commerciorum, quae totius Austriae sit, emporio maritimo.

Cur haec urbs Tergeste appelletur nemō est qui nesciat; nam, aiunt Tergestini, ter a bar-

(1) Cfr. an. III, n. XXII.

baris diruta ter ruderibus emersit. Sed, omissis in posterum quae ad historiam, breviter de hodiernis Tergestinis rebus disseram.

In ultimo Hadriae sinu cum sit positus, cumque ad orientem via pateat maris, iam quasi orientalium regionum portus iste est porta, ut ex ipso triviorum et platearum spectaculo satis appareat: videre enim est diversissimarum nationum cives suo quemque morē indutos, Graecos, Epirotas, Turcas, Aegyptios, Indos, omnes sua lingua loquentes: ut non dicam de Italies, Germanis et « Slavis », qui populi sunt ipsius regionis incolae. Longe vero numerosiores Itali: deinceps « Slavi », ultimi Germani, si magistratus et milites exceperis. Quin etiam, populari suffragio electi, municipii rectores ad maiorem numerum e stirpe sunt et lingua italica.

Urbis aspectus, ad ripam maxime maris, solemnior est, quamvis publicis monumentis aliquantum indigeat, ita ut viator, qui sibi mente italicam urbem finxerit, longe a speratis diversam inveniat. Immo, si quando privatorum domus palatia imitantur, si ad urbis curatores grandes mole ornatissimaeque constructae sunt aedes, basilicae ipsae artis indigent, aliae quoniam recentiores, aliae quod neglectae. Itaque Ecclesia episcopalis a Sancto Iusto, antiquo superaedificato Iovis, Iunonis et Minervae templo, nee intus nec exterius e numero earum est, quae spectantis oculos attrahat. Sed, ut candide fatear, quod arx immineat, quod super declivem urbem, super mare vicinosque colles posita, ubi plurimae eaeque elegantiores emicant villae, pulchrior est eius aspectus.

Ceterum si multae et opulentae domus, per collem ascendentem dispositae, viatori, qui navi Tergestem appropinquet, aliquam Neapolis venustissimae memoriam inlicant, in arctissima angporta cum se immiserit, squalida, sine luce, sine aere, sine sole, pannis siecandis obsita inveniet. Heic plebs vitam agit miserrimam.

Tergestum caelum haud ita clemens; cum, aestate, canicula durior, hieme vero frigus asperum, maxime ob ventum huius regionis proprium, qui *bora* a Borea, ni fallor, vocatur. Cuius venti ea est hiemalis vis, ut ipsa carpenta, maximis onusta ponderibus potentique iugo boum tracta, in mare non semel proiecerit cum ipso villico, qui animalia regebat.

Noli tamen Tergestem ingratam tibi fingere: Tergestini humanissimi sunt, eorumque urbanitate plurimum delectantur qui hue appellunt. Rus etiam amoenum, oppida quae vicina haud ignobilia, vel insulsa. Et in litore maris, ad occidentem, plus minus IV vel V millia passuum ab urbe, villa ea celeberrima *Miramar* est, quam sibi paraverat, otii felicis opus, Maximilianus ille princeps, cui fata aspera imperium, in lethale exitium, super Mexicanos, turbatis temporibus, potius ostenderunt quam dederunt. Tragica infesta purpura!

Sed, ne longior hodie sim, de rure tergestino, de *Miramar*, de vicinis oppidis, alias dieam, sicut de antiqua *ter-egestae* historia; quod quidem argumentum, ut pretii non vilis, aequalius, si Deus dederit, erit tractandum.

L. P. MICROVIR.

*Quam iucundum est vivere, si quis cum illis vivat, quos probat.*

MENAND. apud STOB.

## FRUSTULA

**E**CQUAE res novissimae? Una profecto eaque maximi ponderis, quam ipsi videtis: *Vox Urbis* novam vestem induit, novisque, et iis compositioribus et clarioribus litterulis sese ornavit, quo magis perspicuam et facilem sui electionem sociis praebet. Qui quidem indicium futurarum instauracionum meliorisque rerum conditionis hodiernum habeant: quae cum nec opinata commentarii administrator desideret, ei morem gerens silentio praeterea.

An vero magna ad sociorum utilitatem moriri administratoris tantum erit? Atqui pignore contendo commentarii comptissimi reddendi nullam unquam ei mentem fuisse, quam ego habui; nunc autem publice propono, *Vocem Urbis* ea ratione edere, quam Izambard, doctor physicus, cogitavit, Roentgeniis scilicet radiis utendo.

Notum enim omnibus radiorum, quos X nuncuparunt, eam esse vim, ut corpora pervadant, per quae perspici non potest; occurribus vero partibus ex metallis, illos consistere. Si igitur atramentum peculiare his partibus constans adhibetur ad notas in chartam vel alio redigendas, notae ipsae Roentgeniis radiis imperviae erunt, chartaeque plurima folia apte ad rem fabricata omnia pervadentur et imprimentur ubique, locis iis exceptis, quae atramentum, quod *radiographicum* dicam, defenderit. Itaque contextae orationis plura exemplorum millia simul prodibunt.

Verba calamo scribi poterunt, vel typographicis litterulis componi; aptissimum vero subdium a scriptoriis, quae in usu, machinis petendum, eo quod exemplar unum rem expediet, idque, dummodo scriptor animo adsit, facile eiusvis erroris et incommodi expers reddetur: quae quanta sint hypothetae et nos formarum correctores experientia nunquam satis novimus. Ceterum mendis, si quae fuerint, facile citumque remedium: sufficiet enim errata verba in alio folio rursus exarare, itemque veteri appingere.

Res, post huiusmodi in foliis inscriptionem, gerendae ad resolutionem pertinent apparatus illius chymici, ex quo folia constant; neque ulterius instabo in iis describendis, quae palam administratori faciam, eum, quemadmodum in votis est, propositi sunnam sit amplexatus.



Sed res tota haud ita absolvitur: novissimum enim commentarii typum distributio novissima sequatur oportet, ex Australianis litoribus ad amussim sumenda. Etenim in Novae Zelandiae insulis Aneckland et Great Barrier, quae sexaginta millia passuum inter se distante, columbi tabellariorum vice gerunt. Quibus, cum eo quo tendebant mature pervenerint, ut columbarium ingrediantur, malleus campanulae eiusdem necessario perpellendus est: sono auditu vir adest, cui proprium est officium, et fascicolo, animalis cruris circumvoluto, potitur. Itaque optimum erit, puto, si nos inter et socios columborum viatorum commercium instituatur, ut ipsi ad nos quae sibi commodo fuerint, nos autem ad eos raptim commentarii fasciculos singulos mittamus; quin etiam a nonnullis — fructuosius for-

san, quam hue usque contigit -- subnotationis pretium, nondum solutum, accipiamus.

Sic *Vox Urbis*, quam quidam, facete magis an versute nescio, vocem elapsi temporis dixit, vox futurae aetatis reapse poterit appellari!

FORFEX.

## ANNALES

*Germani e Sinis reduces* — *Transvaaliana* — *Mauritanum foedus* — *Philippinarum condiciones* — *Venezuelanum civile bellum*.

**G**ERMANORUM classis e Sinis redux Gaditanum tandem portum tenuit. Redeuntibus obviam venit cum suis navigiis Henricus ex imperiali domo princeps, ut, Caesaris mandato, salutationes fausto omne daret. Inde utraque classis iuncta acie Amburgensia versus litora cursum solvit, ubi Waldersee duci insoliti tributi sunt honores. Interea in Sinis postrema aedium imperialium ala, quam Germani occupaverant, Sinensibus magistratibus reddita est, dum iam horum in tutela turbari omnia ac permisceri per imperium audiuntur, dum ipsi piratae in Ha-noi provinciis naves flumina ingredientes lege vesticuli impediunt, ac liberis armis opprimunt: in terris autem Tuan princeps plebeculam peregrinis adversantem ad arma impellit.

\*  
Transvaaliana centuria, quae Doorn River versus iter faciebat, in anglicum manipulum incidit, post brevem pugnam hostes circumdedit, atque in ditionem venire coegit: barbari duo, qui manipuli dueces fuerant, capite damnati sunt, statimque militari ritu interfici. Epistolae deinde a Kruizinger tribuno ad French, militia praefectum, missae, monentes barbaros omnes, quos Angli pecunia sibi addixerint, sese necaturum.

Post haec Botha, supremus Boerorum dux, Kitchener, Anglorum summo imperatori, Plastrand in locis edictum Krüger praesidis a se acceptum communicavit, quo constituitur ut bellum usque ad redintegratam libertatem firmo animo perducatur.

\*  
Condiciones pacis, quae Gallos inter et Mauritanos compositae sunt, iubent Mauritanos accepta habere omnia, quae in meridionali Berberia Galli caverint; Mauritanorum vigilum cohortes circa fines suos esse distribuendas, ne pax turbetur amplius: Sahara desertum esse a Mauritanis derelinquendum novasque vias Gallorum commercio patefieri: id tantum licere, ferreos axes in meridionali regni parte sterni.

\*  
In Philippinis insulis, etsi Aguinaldo auro, ut creditur, corruptum Americani captivum duxerint, mox tradunt illum eadem uti pecunia, quam prodigionis in pretium acceperit, ad firmandum foyendumque bellum, quod cives sui varia fortuna per innumerabiles insulas deducunt. Itaque infinitus et ibi belli finis, quem ut maturarent profecti sunt modo *Mac-Chellar*

in navi nonnulli Americani Senatores, qui videant atque inspiciant, qua meliori ratione bellum conficiatur.

\*

Quibus tamen dum ii provident, Bonearensi in urbe restituta quies nunciatur, sed Caracas atque per Venezuelanam omnem terram bellum atque perduellio instaurata. Guerra dux in Polido ducis locum successit, dum Colon in finibus multa et gravia proelia flagrant inter reipublicae exercitum et perduellium agmina: rerum vices invigilant sedulo nordici Americani, ita ut classem instruere dictentur ad suum arbitrium factiosis imponendum. Dolendum equidem non nullorum virorum odiis et simultatibus patriam suam tam cito pessumdar.

POPULICOLA.

## PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

**I**n Anglia expensae pro augendis navalibus copiis atque pro exercitu instaurando et pro militari insularum tutela approbatae sunt. Pariter rogatio de Roberts et Kitchener dueibus donis cumulandis proximiis in bello meritis rata habita est: item altera de tribus, quibus conveniat Eduardum regem condecorare.

In Brasiliiana republica de lege vesticuli immutanda rogatio coram patribus reiecta est.

In Iberia Sagasta, publici concilii praeeses, decretum, quo sessio, quam vocant, expletur, coram legatis legit.

In Italia Wolleberg, aerarii administer, munus dimisit; Careano suffectus est: Guido autem Bacchellius commerciis agrorumque cultui praefectus est renuntiatus.

In Nicaragua republica novus publicus conventus inaugurus est.

In Serbia electiones novorum legatorum favorabiles gubernantibus cessere.

SCRIBA.

## LIBRORUM RECENSIO

DOTT. LUIGI MANNUCCI. *L'Elemento Comparativo in Orazio*. — Florentiae edidit Bernardus Seeger an. MDCCLCI.

Studia huius aetatis, ad subtiliorem cognitionem veterum scriptorum conversa, uberem praebuerunt multis materiam, de qua agerent, similitudines, comparationes, imagines, praesertim poetarum. Longum est recensere singulos, id genus ornamenta secutos, inter quos Homericus attigerunt Inama et Rasia; Sophoclea Bassus, Plautina ac Terentiana Vortanius, Ciceroniana Meisnerius et Nottola, Vergiliiana Kopetschius, Lucianiana Hundtius, Claudiana Guntherius, Aligheriana Venturius.

Operae pretium erat Horatianas quoque comparationes persequi et in unum collectas oculis studiosorum subcere, quas doctissimi viri passim notavissent, in quibus prae ceteris Bindius, Boninus, Cima, Cortesius, Desprezius, Dillenburgerius, Doeringius, Kieslingius, Mancinus, Orellius, Sabbadinus, Schultzius, Trezza, Ussanus.

Per opportunum huiusmodi opus exhibuit vir cl. Aloisius Mannucci, edito libro de elementis comparationum in H. Flacco, idem qui triennio ante de arte critica ipsius poetae felicissime scripsit. Per opportunum, inquam, opus: neque enim rhetorum more id egit, ut adminicula compararet puerorum conatibus vel sodalitibus Cherilorum, sed elementa introspectit, quibus figurae illae coalescerent, notavitque leges, quibus apte constarent. Sic instituta investigatio, non otiosa illa quidem, sed maxime digna videtur quum praecipientium ingenio, tum studio dissentium. Ita enim fit ut conditions temporum, in quae summi auctores incidenter, et ipsorum indeoles sensusque melius intellegantur; quandoquidem comparationes fere ex iis rebus exsurgant, quae semel

scriptoris animum vehementius affecerint. Praeterea, per minutarum rerum patientem indagationem, et philosopho suppeditatur, unde possit naturae arcana perspicere, et pulcri studio, unde artis aestimare potentiam.

Liber duas partes complectitur, quarum altera de materia Horatianae comparationis agit, altera de forma. In prima, post tradita quaedam de huius utilitate studii, de origine figurarum, de historia comparationum, de Flacci imitatione, seu verius derivatione a graecis exemplaribus, de totius denique operis ratione, Horatianas comparationes, sive imagines, similitudines, dissimilitudines apte dividit in novem capita, quae scite evolvit, indice praemissso rerum commodissimo. Altera pars usus quosdam animadvertis Flacci proprios, ut sint non adhibitae plerumque particulae comparandi, cuius omissionis causa saepius haeremus meditantes « tenui deducta poemata filo »; item et comparationes unius membra, et forma conditionis propositae, et amplificatae, et coacervatae.

In singulis vero cl. doctor ea rei peritia ac iudicij salubritate versatur, ut eius libri lectione hand exiguam partem Flacci carminum, nisi profamus omnino fueris, interpretari possis ac degustare. Nam, « varius figuris » Horatius, ut eum appellat Quintilianus, comparationibus abudat, quas Mannucci enumerat usque ad septuaginta tres supra sexcentas.

Restat ut quicunque sinit artis non vani amatores, et qui Venusini poetae carmina in deliciis habent, perutili scripto Aloisii Mannucci serinia sua ditare non minus quam studia festinent.

P. ANGELINI.

## AENIGMATA

I.

*Femina sum: me femina diligit: ipsa retexit Penelope olim me, reddituro in coniuge amato Suspirans. Neutronum Bellona Diana Venusque Me adiiciunt, ut vulnera dent hominique feraeque. Id mutare velis, cum prima et tertia possint Inter se variare notae: hue nos cogimur omnes.*

II.

*Praeteriere in me: referet neque Iuppiter annos; Lente adventantes vox mea significat. Verbum hoc scribe retro: robustis viribus ingens Athleta existens anti Crotone fuit.*

A. E. DE DRUFFEL.

*Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus novissime editum, cui titulus:*

PETRI ANGELINI  
LOLLIUS

SIVE

## DE PROVICTA LATINITATE

Aenigmata a. IV, n. XII proposita his respondent:

1) *Lac-una-r.* 2) *F-astus.*

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco: Frane. Xav. Reuss: Th. Vinas Sch. Piar. Roma — Herm. Gini. *Taurini aquis* — F. Arnoni. *Medio-tano* — Gul. Schenz. *Ratisbona* — Princ. Gordon. *Mancunio* — H. A. Strong. *Liszerpato* — Fr. Sallavés Sch. Piar. *Sabaudetto* — I. Walter. *Neo-Eboraco* — Societas philologicae Mediolanensis — Car. Stegmüller. *Sabaria* — Iul. Sernatinger. *Dresda* — Ad. Huza. *Gryphion* — Collegium Sch. Piaram. *Stellae* — Vinc. Starace: Fr. Altobelli S. I. *Napoli* — Iul. De Rubelis. *Iovio* — Petr. Garrone. *Pozzana ad Verettas* — Ven. Cariolato. *Vicentia* — Alois. Sauer. *Francofurti ad Moenum* — Ioan. Battanius. *Votaferra* — G. P. Z. *Modocia* — Ioan. Cantono Ceva. *Opito* — Georg. Maurer. *Bonaa* — Alois. Cappelli. *Senis* — I. Agular. *Moratia*.

Sortitus est praemium.

JOANNES CANTONO CEVA.

ad quem gratis missum est opus, cui titulus:

## LE EGLOGHE PESCHERECCHE

DI IACOPO SANNAZZARO

## ED ALTRE POESIE LATINE

con la versione in versi italiani di LUIGI GRILLI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina Paris Phil. Cuggiani.

## SOCIIS MONITUM

**S**OCII, qui ad nos litteras miserunt in commentarii bonum aliquid hortantes ne credant, quaesimus, spreta a nobis eorum consilia, quod interdum epistolis responsum minime dederimus: temporis enim angustiae prohibent quominus hoc modo singulis satisfaciamus. Pro certo contra habeant eorum verba magni apud nos esse, nosque sedulo propositis ab ipsis rebus intendere.

Itaque qui, arrepta occasione ex scripto P. d. V. « de Paschali curru et Columba Paschatis Florentiae » cum sequenti A. FUMI scripto conlato « de Divina Spiritus representatione apud Urbevetanam civitatem », certiores fecerunt se aegre ferre plura eaque amoena et decora in operculi pagina inseri, quae, cum totius anni numeri in volumen collecti fuerint, operculo ipso ablato, amittantur, sibi persuadeant nos, re perpensa, ad ipsis morem gerendum esse proclives. Quid autem de capite, quod « Per Orbem » inscribitur, orbis terrarum eventus praecipuos recolente? Ne maioris momenti argumenta praetermittantur ipsum etiam commentarii corpori, ut ita dicam, adiiciendo, menstruum efficere in animo est. Priusquam vero mutationem hanc aggrediamur, socios omnes ad suam sententiam proferendam vocamus. Numerus plurium diiudicabit!

*Vox Urbis.*

### PER ORBEM

**Q**UARTO nonas, ac pridie idus Iulias, alter a Foederatis Nordicae Americae Civitatibus, alter a Gallicae reipublicae incolis sollemnes recensentur dies, quippe ad gentis suae libertatem commemorandam constituti. Orbem igitur peragranti de festis hisce diebus utique peculiariterque dicendum.

Verum quid de Gallorum sollemnibus enarrandum, quod iam notum non sit omnibus, quod libri et commentarii praetermisserint? Rem novam unam hoc anno contigisse inveni, quam scilicet « Societas ad animalia tutanda » comparavit. Quae quidem equos publicis vehibus adjunctos communis laetitiae participes esse voluit, eorumque salutis sollicita, per Parisiensia diaria edixit se equo cuique causiam stramenticam donaturam. Non certe raedariorum ad Societatis aedes concursum verbis referam, qui tantus fuit, ut excubiarum legiones disponi oportuerit ad causiarum illarum quatuordecim millia ordine distribuenda. Neque tamen omnibus satisfieri potuit, quamvis numeriam aream vacuam omnino socii efficerint: inde canum felumque miserrimorum angor, quibus, tanto aestu torrente, nemo providebit. Heu, mixta semper aerumnis gaudia!



At si Gallorum solennia statutis industriis que ludis et optimis hisce institutis ita aguntur, ut ex uniformi consuetudine, senum sententia, aliquanto in annum remittant, longe aliter de Americana gente dicendum est, quam ad omnia quae magna sint natura apprime fixit, eo ritu ut in varia tumultuatione originem rationemque deducant ludendi genera insolita, eaque peregrinorum animum vehementissime commoventia.

Adeas, queso, sive Neo-Eboraci, sive Chigginis, sive Philadelphiae vias, plebeias maxime: profecto eris fortis si indomitus terroribus perstiteris. Agedum! in eiusdem belli sede versari tibi videris: aer ob fumum acrem, sulphuratum haud paene spirabilis; homines, mulieres, pueri ut ignea iacula, bellica mortaria, apparatus omnis generis ex pyrica pulvere dispolitant inter seces decentrati; in fratre enim propositi summa, sui suorumque obtundendi aures exquisita voluptas. Quod si quis nihil melius aptiusve habeat ad finem consequendum, ipsis igniballistis utitur, ita ut non raro fenestrarum postes eo usque semiperturbata ad torridos aestus profligandos pandi omnino momento temporis videoas, protensus brachium « selopetum » distringens apparere, idque machinae quasi celeritate incensae pul-

veris mensuras laxare; deinde brachium et missile rursus post clausas iterum fenestras sese condere. Ludus vere iucundus, qui deambulantibus vulnera et necem pro patria gratuito comparet! Neque nugas ago; hoc anno enim nonaginta et octo foederatae reipublicae cives hilariter sic occubuerunt; ad tria millia autem sauciatorum numerus.



Attamen non ubique similis sacra gentis propria celebrandi modus; Neo-Eboraco relicto, maris litus legamus. Ocean Grove pagus est nitidus atque elegans a familiarum patribus rectus moribus severis quam maxime: ibi enim potus ex *alcool* haud haurire licet, nec pagini ludere, nec tripudiis solemnisque saltatu se exercere, nec dominica die birotam ascendere. Nihilominus rigida haec communitas plurimos urbis incolas invenit, qui ipsius leges amplexati ut amoenissimis illis marinis oris delectarentur, iuxta patrum illorum praecepta, sine strepitu, at composite graviterque in pagi theatro vocum, tubarum, cornuumque concentu solemnia duixerint. Iam quis affirmit humanitatem e magnis urbis demigrasse?



Ad hanc sententiam accedo, cum non in America tantum, sed in omnibus orbis terrae regionibus quo plures sint cives eo maiores audiam seditiones, tumultus, operariorū desertiones et similia. Quae cum una eademque sint, ne eadem in hac commentarii nostri pagina perpetuo referantur, immo ne propriam VIATORIS rem subripiam, una saltem vice omittere malo, qui ipsius hodie munus gessi,

RUFUS.

qui, falso crimine damnati, poenas non admissi sceleris pertulerunt? — Et quidem, ad Romanos quod attinet, Macrobius in I Saturnialium teste, infantuli nono, infantulae octavo a nativitate die, solemniter lustrali aqua mundabantur, et *lustricus* appellabatur dies, nummusque deponebatur in templo Iunonis Monetae. Graecis Persisque mos idem lustrandi. Apud Aegyptios, Hebreos et Arabes circumcidebatur puer; Phoenices, et quotquot a genere Chanaan, infantili per flamas vehebantur festina manu. Mexicanis in ritu erat, de ethnicis dieo, qui olim ibi distributi per urbes et pagos reperti sunt primum a nostris, Mexicanis, inquam, in more erat recens natos primum per aquas agere, deinde per ignes. In Yucatan aquis infans mundatur a sacerdote, cui primum ad hoc offertur. Tibetan eadem, quae Mexicanis, patrunt, et mirum est hoc pariter fieri in regionibus, quarum altera est in media montana Asia, altera ad mare in America, propemodum infinito Oceano disiunetis. Brahmanes in India recens natos sacra fluminis unda tingunt, oleoque ungunt, mundosque unctosque Deo offerunt ritualibus verbis. Scandnavi solebant, nata sobole, *runos* euadere super foliis arborum, quibus Dii fierent nato propitiis. Ni me recordatio fallit, memini in Augustino contra Pelagium, locum de tertio Ciceronis libro de Republica leguisse, quo natum hominem definit: spiritum in ruinis ruderibus quasi sepultum et obrutum. Socrates in Phaedone Platonis suos monet auditores de prisorum doctrina, quae morientes, antequam abluerentur, in limo submergendos, emundatos ablutione illa cum Diis ituros narrabat. Philolaus Pithagoreus, idque pro Pithagora aucto vel valeat, Clemente Alexandrino teste in tertio Stromatum, fert apud philosophos, theologos et poetas commune esse, humanam animam in corpore quasi in ergastulo, et sepulcro includi, haud aliter ac si poenas de olim patrato quodam facinore luere deberet. Duplex ab hac rectione mili nascitur probatio: altera ad unitatem generis, altera ad illud, quod dicimus originale peccatum, est. Quid lectoribus nostris de utraque videtur?

●  
Ioci.

*Socrus mordax.*

Saepe inter Socrum et Generum personabant iuria domi. Fastidiosus aeternarum quarelarum vir Socrui: — Atqui ego abibo, excedam, evadam, invisam faciem, exosam vocem patiendiam impos. Vidua erit propter linguosam matrem filia; et ego sub fluentibus Tiberidis aquis in pace quiescam. — Haud poteris — respondit Socrus — cœurlitiae quippe supernatant.

P. d. V.

Insontes ergone aeternum flebunt, idque iure et iudice decernentibus, positique iuxta eos,

\* FIDES \*

(Italice Violino)

quod musicum organum

S T R A D I V A R I U S

CREMONENSIMUM ARTIFEX CELEBERRIMUS

CONFECIT

Romae veneunt.

Negotium agitur apud Commentarii VOX URBIS administratorem. ROMAE, via Alessandrina, 87.

DUBIA ET RESPONSA SUPER EXTENSIONE

IUBILAEI ANNI MCM ad universam Ecclesiam  
proposita in commodum confessariorum a THOMA ARIZ-  
ZOLI Missionario Apostolico Imperiali, Sacrae Poenitentia-  
riae officiali.

Dubia huiusmodi explicant facultates quas Summus Pontifex  
concedit in ordine ad Iubilaeum exerceendas et complectuntur praeci-  
pios casus qui in Iubilao proponuntur. Responsa sacrae Poenitentia-  
riae, *etiam recens data, quae opus fuit memorare*, memorantur.  
Acedunt Constitutio pontificia super extensione Iubilaei et, maxima  
ex parte, *Monita ex Constitutionibus Benedicti XIV de usu facul-  
tatum confessariis tributarum* excerpta.

Opuseulum venit lib. 0.50 apud comm. Vox Urbis administra-  
torem, Romae, via Alessandrina, 87.

Nuperrime prodit

LOLLIUS, sive de proiecta latinitate, PETRI ANGELINI  
paginis CIX, excerptus ex Commentario **Vox Urbis**. - Venit  
lib. **1.50**, apud eiusdem Commentarii administratorem,  
*Romae, via Alessandrina, 87.*

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS

PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

EIBER (vulgo "ALBUM")

praecipua Urbis referens, pulerti-  
tudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse  
conflatus, apud eundem commentarii adm-  
inistratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87,  
ven. lib. **1.50**.

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
*Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. **2.50**

*apud comm. VOX URBIS Administratorem.*

SI QUIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE

E  
IL CANTICO DEL SOLE

DI  
S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro  
rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum inter-  
pretatione italica, *Canticum Solis*, necon illa *Speculi perfectionis* capita,  
quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime  
alii subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam,  
Iulius Salvadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura.  
Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in  
pauperum levamen.